



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Dionysii Carthusiani, luculenta iuxta ac compendiaria in Acta apostolorum exegesis siue commentaria

Dionysius <Cartusianus>

Coloniæ, 1532

VD16 D 1926

de præceptis iudicialibus veteris testamenti ad principes & populum
pertinentibus art. 8

urn:nbn:de:hbz:466:1-38702

D. DIONYSI A R I C C I C A R.

inciderent quia enim talia sacerdotes Gēriliū faciebāt
Spiritualiter autem horum ratio est, quoniam sacerdo
tes ab operibus mortuis, id est, peccatis, esse debent im
munes, nec debent radere caput, id est, deponere sapie
tiam vel barbam, id est, scientiæ perfectionem, nec ve
stem aut carnem incidere, id est, schismati consentire.

DE P R A E C E P T I S I V D I C I A L I B U S

cialibus veteris testamenti, ad principia
ac popularē conuictum continentibus.

Articulus octauus.

Exodi. 20.



Hæc sunt præcepta atque iudicia, quæ cō
stituit dominus per Moysen inter se & fi
lios Israel. Iudicialia veteris legis præ
cepta dicuntur quæ moralia præcepta le
gis diuinæ ordinant atque determinant,
quantum ad conuersationem hominum

mutuam, quæ admodum illa præcepta ceremonialia ap
pellantur, quæ præcepta moralia diuinæ legis determi
nant, quantum ad cultum diuinam exteriorē colendi
que modum, ut ante latius demonstratum est. Ordina
rio aut humanæ uitæ sine p̄cipe eē non potest ac iudi
ce, qui sit iusticiæ custos & velut quædam animarū iu
sticia, ad quam subiecti in omni necessitate recurrant.
Sunt vero quatuor species principatus, secundum Phi
losophum, quorum præcipuus dicitur Regnum, in quo
vnus regnat secundum virtutem & æquitatem, Et ari
stocratia, in qua multi boni principantur, vnus
que virtuosus omnibus præsidet, & talis principatus
ad omnes quodammodo pertinet.

Nome. 11.

Nam principatus
ab omnibus eliguntur, & ex omnibus eligi possunt. Talis
vero extitit p̄cipat⁹ sub veteri lege, scdm ordinatio
nē diuinā. Moyses namque successoresque eius præerāt
populo, tamquam singulariter omnibus dominantes,
quod est quædam species regni. Eligebantur quoque se
niores secundum virtutem, ut principarentur sub ipso

Deuter. 1. & singuli propriū exercerent officium, sicut in Deutero.

REPITO. PARS SECVN.

Moyſes ait. Tuli de tribubus veſtris viros ſapientes & nobiles, conſtitui que eos vobis principes, & hoc ad ſpeciem principatus quæ ariſtocratia dicitur, pertinet. Sed democraticam cõcernit, quod tales de omni populo eligebantur. Sicut in Exodo legitur: Provide de omni populo viros ſapientes. Et ad hoc pertinet, quod populus eos elegit. Nam in Deuteronomio dicitur. Date ex vobis viros ſapientes. Optima ergo fuit ordinatio legis, quantum ad principes. Aduertendum tamen, quod dominus inſtitutione ſummi principis non dedit populo, ſed ſibi retinuit. Populus enim Iudæorum ſub ſpeciali cura dei regebatur. Propter quod in Deuterono ſcribitur. Te elegit dominus deus tuus, vt ſis ei populus peculiaris. Et ergo Moyſes moriturus pro conſtitutione ſummi principis deum deprecans, dixit. Provideat dominus deus ſpirituum vniuerſæ carnis hominem qui ſit ſuper multitudinem hanc, ſicque per electionem diuinam ordinatus eſt Iofue. De ſingulis quoque iudicibus, qui poſt Iofue erant legitur, quod dominus ſuſcitauit populo ſaluatorem, & quod ſpiritus dei erat in ipsis. Vnde electionem regis non commiſit dominus populo, ſed ſibi ſeruauit, quemadmodum in Deuteronomio dicitur. Eum conſtitues tibi regem, quem dominus deus tuus elegerit. Quamuis autem optima gubernatio populi ſit, vt per regem regatur, tale enim regimen propter vnitatem regentis demonſtrat potiffime regimen diuinum, in quo vnus deus mundum gubernat. Lex tamen non conceſſit eis regem a principio cum plenaria poteſtate, ſed iudicem. Quonia regnum propter magnam poteſtatem que regi conceſſam de facili in tyrannidem vertitur. Magna enim poteſtate bene vti perfectorum eſt. Quia ergo Iudæi crudelēs auarique fuerant, facillime ad tyrannidem declinare poterant. Ad vitandum ergo periculũ, non conceſſit eis dominus regem. Poſtea vero quaſi indignans regem conceſſit, quemadmodum ad Samuelem .i. Reg. 9. dixit, Non te abiecerunt, ſed me, ne regem ſuper eos. Inſtituit tamen, vt circa regem eligendum expectaret diuinum iudicium, & ne facerent regem alterius gen-

Exodi. 18.

Deute. 1.

Deute. 7.

Nume. 27.

Deute. 17.

.i. Reg. 9.

B. DIONY. A RICK. CAR:

175. Tales nāq; pauci affici solent populo, cui præficiuntur,
Ordinauit quoq; ne rex multiplicaret currus & equos
uxores atque diuitias. Talia enim occasionem præbent
relinquendi iusticiam. Instituit etiam, vt legem dei cogi-
taret quotidie, in dei timore & obedientia perseue-
rando, & ne per superbiam tumens subiectos contemp-
neret, siue opprimeret. Diuisio autem regni Israelitici
in pœnā a deo inducta est, quia frequenter contra regnū
Dauid iniuste litigabāt. Idcirco per Osee dñs ait, Dabo
tibi regem in furore meo. Et iterum. Ipsi regnauerunt
& non ex me. Quod vero primo Regum habetur, Hic
erit tuus regis, qui imperaturus est vobis, filios vestros
tollet, ad tyrannidē pertinet, nec diuina institutione facti-
entum est. Sed prædicatur vsurpatio regum, qui pote-
state abutentes ad crudelitatem flectuntur. Potest ta-
men rex absque tyrannide filios populi tollere, eosque
tribunos & centuriones constituere, ac multa a populo
exigere propter procurandum bonum commune. Deni-
que secundum Augustinum, populus est cœtus multitu-
dinis, iuris consensu & vtilitate virtutis sociatus, vide-
licet vt communicatio hominum in iustis præcep-
tis ordinetur. Communicatio autem hominum vna fit
auctoritate principum. Alia vero propria voluntate pri-
uatarum personarum. Lex ergo circa vtramque com-
municationem populum dei sufficienter instruit. Sta-
tuit enim iudices sicut in Deuteronomio legitur, Magi-
stros & iudices constitues in omnibus portis tuis, vt iu-
dicent populum iusto iudicio. Circa possessiones vero
optimum est, vt sint distinctę: vltque earum partim sit
proprius possidentis, & partim communis. Lex ergo di-
uina instruit diuisionem possessionum. Sic in Num. 33
legit: Ego dedi vob̄ terrā possessionem quā sorte di-
uideris. Et ne diuisio talis non regulata periret, ordi-
nauit, vt pluribus daretur possessio latior, paucioribus
autem angustior, ne etiam possessiones in perpetuū ven-
dantur, sed tempore certo ad pristinos possessores re-
uertantur, ne sortium

Deut 6

Osee 17

Osee 8

.1. Num. 33

DE ITO. PARS SECVN.

confunderetur diuisio. Propter qd etiã ordinauit vt pro
 ximi succedat morienti, mulieresq; nuberent suæ tribus
 hominibus. Quia vero possessiones aliquo modo debent
 esse communes, concedebatur, vt quisq; vineam ingres
 sus amici, comedere posset quantum ei sufficeret; dum
 modo nil secum efferret. Quantum vero ad pauperes,
 institutum erat, vt eis manipuli oblit & fructus racemi
 quoque remanentes relinquerentur. Voluit enim lex ad
 mutuam dilectionem inducere populum, sicut ait Apo
 st. Qui diligit proximũ, legẽ impleuit. Dilectio autem
 est communicatio proprii boni. Et ergo vt assuescerent
 sibi mutuo de facili communicare, prædicta instituit.
 Prohibuit autem lex possessiones vendi in perpetuum;
 sed solum ad certum tempus, quo finito eo redirent ad
 pristinos dominos ne eueniret confusio sortium. Regu
 latio enim & conseruatio possessionum, secundum Phi
 losophum, multum est utilis pro bono communi: alias
 possessiones ad paucos venire valerent. Et ideo, vt ipse
 refert, statutũ fuit in quadam vrbe gentium, ne qs pos
 sessionem sine euidenti necessitate detrimentoque ven
 deret. Concessit tamen lex, vt domus urbana in perpe
 tuum venderetur, quia sorte distincta non erant, ne
 que ad numerum certum redacta, sed additio eis fieri
 potuit. Ordinauit insuper lex, vt ad mutuum exhi
 bendum prone essent, nec ab hoc anno remissionis pro
 pinquante desisterent, nec eum cui mutuassent vsuris
 grauarent, aut pignus vitæ necessarium exigerent; nec
 mutuata importune velut exactores repeterent, vel do
 mum debitoris intrarent pignus quærendo, seu ad pla
 citum accipiendo; sed foris starent, et ille eis præbere
 quo melius carere valeret. Circa animalia vero mu
 tuata lex statuit, vt si propter negligentiam eius cus
 tuaria fuerant seu eo absente inuenerentur, vel debi
 litarentur ex incustodia sua, reddere teneretur. Sed si
 eo præsentem & diligentiam adhibente desiderentur,

Rom. 13.

D. DIONY. A RICK. CAR.

non tenebatur reddere, maxime quando mercede con-
ducta fuerunt. Si vero non essent conducta, potuisset ha-
bere iustitiam aliquam is qui mutuauit, vt tantum re-
ciperet quantū vsus animalis mortui aut debilitati po-
tuisset conduci. Differt autem depositum a mutuo, quia
depositum traditur alteri ad vtilitatem deponentis, q̄
tenus sibi tutius conseruetur: mutuum vero ad vtilita-
tē ei⁹ cui cōcedit. Ideo ad restitutionē depositi nō tenet
homo sicut ad restitutionem mutui, in casibus certis.

- 2. Mac. 17.** Ex defraudatione tamen depositi periculum maximum
imminet, propter quod vehemens cautela adhibenda ē
circa deposita. Dicitur enim. 2. Machabeorum; Sacerdo-
tes inuocabant de cælo eum, qui depositis legem dedit,
vt his qui deposuerunt ea, salua custodiret. Et ideo
Exodi. 22. in Exodo habetur, quod in amissione depositi statur iu-
ramento eius, apud quem fuit depositum. Statuit quo-
Leuit. 16. que lex, vt mercenarius statim merces daretur, ne necel-
sarius indigerent. Et vt populus in maioribus dubijs
& grauioribus causis ad superiorem recurreret iudicē,
videlicet summum sacerdotem, cuius erat determina-
re dubia circa ceremonias cultus diuini, vel ad regem,
qui ea determinabat quæ ad iudicia hominum perti-
nent, sed in minoribus causis & dubijs cōtenti essent iu-
dicibus, q̄ per singulas vrbes sedebant, nisi illi inter se
discreparent & vacillarent, de quibus omnibus & alijs
multis diuersæ leges iudiciales in veteri testamento da-
tæ sunt atque cōscriptæ. Statuit etiā lex, vt in ore duo-
Deute. 17. rum vel trium testium staret omne verbum. In huma-
nis enim negocijs haberi non potest certitudo infallibi-
lis & demonstratiua, sed sufficit coniecturalis probabi-
litas & persuasoria ratio. Est autem verisimile atque p-
babile, verum id esse in quo tres, id est duo testes & ille
cum quo testantur; vel quatuor, id est tres testes, & is
pro quo testantur, conueniunt. Dummodo in suo testi-
monio non vacillent, neque aliunde habeantur suspe-
cti, & diligentissime præexaminati concordent. Per du-
os tamen vel tres testes, qui asseruntur idonei, designa-
tur diuinarum personarum, quæ interdum duæ, inter

DEI TOM. PARS SECVN.

dumque tres exprimentur, immobilis veritas, secundum
 Augustinum. Potest autem moueri, cum poena sit secun-
 dum culpae quantitatem taxanda, cur lex iussit pro oue
 vna furata quatuor reddi: sed pro boue vno furato red-
 di quinque, in alijs vero rebus restitui duplum. Conside-
 randum ergo, quod grauis poena non semper infligitur pro-
 pter magnitudinem culpae, sed etiam propter alias rati-
 ones, scilicet vt homines propter poenam terreantur &
 terribi corrigantur: vel quia in peccato est concupiscen-
 tia & delectatio magna, propter quam a peccato tali ho-
 mo non cessat, nisi per maximam poenam: vel propter
 facilitatem committendi peccata, & in ipsis latendi.
 Circa quantitatem vero culpae est quadruplex gradus:
 Interdum enim homo committit malum omnino inuo-
 luntarie, & sic penitus excusatur, vt cum puella violen-
 ter opprimatur, quamuis clamet & renitatur, vel cum
 peccatum est partim inuoluntarium, & tamen propter
 passionem patrat, vt dum ex infirmitate peccat, tunc
 enim poena minuitur secundum diuinum iudicium &
 item humanum, nisi forte propter aliorum timorem ex-
 pediat sic peccantem puniri. Secundus gradus est, dum ani-
 ma per ignorantiam peccat, non quidem diuini praecip-
 ti quod omnes scire debent, sed facti, tunc namque pec-
 catum minuitur, & ergo per iudices non puniebatur, sed
 sacrificijs debebatur, quemadmodum in Leuitico habet
 Anima cum per ignorantiam peccauerit, &c. Terti-
 us gradus est, cum homo per superbiam, id est, ex elatione
 mali, aliquid agit, & tunc poena secundum quantitatem
 culpae infligebatur. Quartus gradus est, dum aliquis ex
 pertinacia atque proteruitate peccat, tunc namque tamquam
 legi rebellis & eius destructor occidebatur. Lex autem
 pensauit in furto id quod frequentius accidit. Pro fur-
 to igitur rerum quae faciliter custodiuntur, ordinauit
 duplum restitui. Oues vero quia pascuntur in agris, dif-
 ficulter custodiuntur, vbertimque per furtum subtraher-
 bantur. Et ideo lex poenam furti hic auxit, statuens pro
 oue vna furata quatuor reddi. & pro vno boue quinque.
 Quoniam boues difficilius custodiuntur, quam oues, &

11. 28. 5.

11. 28. 5.

11. 28. 5.

Leuiti. 4.

11. 28. 5.

D. DIONYSI A RICK. CAR.
non pascuntur gregatim, quemadmodum oves. Sed si
animal sublatum inuentum fuisset viuum apud alium,
non exigebatur nisi duplum, tunc enim a stimari potuit
quod non animo furandi sublatum fuerat, quia
occisum non fuit. Denique vt Cicero ait & Augustinus
allegat, Octo sunt genera pœnarum in legibus, damnũ
verbera, vincula, talio, ignominia, exilium, seruitus &
mors. Omnes autem has pœnas lex aliquo modo in-
fixit. In grauioribus enim quibus contra deum peccat
vt blasphemia in homicidio quoq; & furto hominum
in irreuerentia ad parentes, in adulterio atque incestu,
mortem corporalem induxit. In aliarum rerum furto
adhibuit pœnam damni, in percussuris vero & mutila-
tionibus & falso testimonio talionem, quemadmodum
scriptum est. Liuorem pro liuore, dentem pro dente. In
minoribus autem infixit flagella & ignominiam, vt in
eo qui noluit suscitare semen propinquat. Seruitutem ve-
ro adhibuit furi, qui non habebat quod redderet, & ei
q; septimo anno, q; fuit annus remissionis, liber egredi
noluit. Pro pœna enim tunc ei rependit, vt in perpe-
tuum in seruitute manerēt. Exilium vero lex in toto
nulli imposuit, ne si extra populum diuino cultui dedi-
tum ad idolotram proficisci cogeretur, & idolatriã de-
clinaret. Et ideo Dauid ad Saul dixit. Maledicti sunt, q;
eiecerunt me hodie vt non habitem in hereditate do-
mini, dicentes, Vade serui dñs alienis. Erat tamen par-
ticulare legis exilium, vt dum aliquis ad vnã ciuitatũ
refugiũ transiit, & in ea vsque ad summi sacerdotis mor-
tem permansit. Præcepit etiam lex bruta occidi, non pro-
pter propriam culpam, sed in pœnam dominorum suo-
rum. Sunt alia multa iudicialia veteris legis præcepta,
rationabili causa nequaquam carentia, quia ab eo dona-
ta sunt, qui est fons sapientiæ, & verbum dei in excel-
sis dominus noster Iesus Christus, qui est cum patre &
almo Paraclete super omnia deus fortis & gloriosus,
Amen.

Exod. 21.

Deut. 25.

Regũ. 26.

Eccle. 1.